quitatib; omne. sic & multi alii nascuntur. conceptus sum; Nec solus ego peccaui. sed
multi alii; Ideoq; sicut omnib; peccantib; parcis. ita parce & mihi; Et in pec
catis concepit me mater mea; Ecce enim ueritatem dilexisti; Et si dico re; Scio quia tu
iustus & uerus es; Nec falli potes ut malum aliquod impunitum derelinquas; Ideoq;
ego in me peccatum punio quatinus tu ignoscas; Est enim in utroq; & ueritas & mi
sericordia; Veritas quia ego punio; Misericordia quia tu indulges; Ecce enim ueritatem
dilexisti. id est ueritatem uere confessionis tue amas; Incerta & occulta
sapiencie tue manifestasti mihi; Incertum est hominibus si illis peccata re
laxentur. Sed mihi manifestatum est esse dimissa dicens dominus transtulit pecca
tum tuum. Asperges me ysopo & mundabor. id est a sordibus elacionis; ysopus humilis
erba est et saxis aderens curans pectus & pulmones. ideoque humilitatem
non absurde uidetur significare. que uero lapidi adheret id est xpo; Ipse enim
primus ueram humilitatem docuit. Asperges me ergo dicit ysopo id est munda
bis me a spiritu superbie documento uere humilitatis tue & sic purgabis me a tu
N pulmonem moribus & inflacione superbie; Pulmo enim uenti admissiuus esse r.
& cum irascimur inflatur, quando & iam elacionis aura impellimur elleua
ri creditur; Lauabis me id est penitencie lacrimis; & super niuem deal
babor id est qui prius eram pheniceus peccatis. Auditui meo .i. auditui spirita
li; Dabis gaudium id est mentis; & leticiam id est corporis; Auditui meo dabis
gaudium & leticiam, letabundus iam peracta penitenciam & ueniam impetras
se confidens loquitur. Cum inquit ueniam presumsero & me indulgenciam
impetrasse credidero. tunc & animo & corpore gaudebo. & exultabunt .i. uir
tutes anime mee. ossa humiliata .i. fortia opera. t uirtutes. siue & iam eter
nitas spei seu fides generationis xpi, Nec hec omnia in eo dum peccaret & hu
miliata fuerant & quasi defecerant. Auerte faciem tuam a peccatis meis .i. di
mitte mihi peccata mea; pro eo quod superius ait. iniquitatem meam ego agnosco.
subdit nunc. Auerte faciem tuam. quasi diceret; quia ego pro oculis semper peccata